

ANALECTA SACRA
SPICILEGIO SOLESMENSI

PARATA

EDIDIT

JOANNES BAPTISTA CARD. PITRA

EPISCOPUS TUSCULANUS S. E. R. BIBLIOTHECARIUS

TOM. II

PATRES ANTENICAENI



TYPIS TUSCULANIS

MDCCCLXXXIV

24

ΞΕ. Ostensio quod unuequisque nostrum suam habet animam, sicut et suum corpus.

ΞΣ. Quomodo perseverant animæ, corporis habentes figuram.

ΞΗ. Quomodo animæ, quum sint generabiles, in futurum incorruptibiles perseverant.

ΞΘ. Eversio Basilidis cœlorum fabricationis.

Θ. LXX. Ostensio quoniam prophetæ non a variis diis fuerint prophetationes, sed ab uno et eodem.

Expositio hebraicorum nominum eorum quæ in prophetis posita sunt.

XIV.

Ex Actis S. Timothei apostoli.

Νέρωνος γὰρ κατὰ τῶν κορυφαίων τῶν ἀποστόλων Πέτρου καὶ Παύλου τὸ μαρτύριον 1) λυσσάσαντος, τῶν τε σὺν αὐτοῖς ἐνδύων συμμαθητῶν 2) διαφόρως τὸν βίον πληρωσάντων, ἔτυχεν Ἰωάννην τὸν μέγαν θεολόγον ἐπιστῆναι ταύτῃ τῇ λαμπρῇ μητροπόλει 3) ἐκδρασκεῖντα ἐκ ναυαγίου, ὡς ἔξον τοῖς βουλομένοις ἐκ τῶν ὑπὸ Εἰρηναίου, τοῦ Λογδόνων ἐπισκόπου, εἰς αὐτὸν γεγραμμένων γινῶναι· ὅτι καὶ 4) οἱ ἐπακολουθήσαντες τοῖς μαθηταῖς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοὺς παρ' αὐτῶν σποράδην συνταγέντας χάρτας διαφόροις γλώσσαις συντεταγμένους 5) τῶν γενομένων ἐπ' αὐτῶν θαυματουργημάτων ὑπὸ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ οὐκ ἠγνώκότες συνθεῖναι, παραγενόμενοι ἐπὶ τῆς Ἐφείων, κατὰ κοινὴν γνώμην Ἰωάννη τῷ πανευφύμῳ θεολόγῳ αὐτοὺς προστήγαγον· ὅστις πάντα κατανοήσας, καὶ ἐξ αὐτῶν ὁρμηθεὶς, 6) τὰ μὲν παρ' αὐτῶν εἰρημένα ἐν τοῖς τρισὶν εὐαγγελίοις ἐνθεῖναι 7) κατὰ τὰς ἐν Ματθαίου καὶ Μάρκου καὶ Λουκᾶ ἀπεγράφας, τὰς αὐτῶν ὀνομασίας ἐπιθεῖς 8) τοῖς εὐαγγελίοις· εὐρών δὲ αὐτοὺς τὰ τῆς οἰκονομίας τῆς ἐνανθρωπήσεως γενεαλογήσαντας, ἅτε τὰ ἐκ τοῦ θείου στήθους ἀναμαζάμενος, τὰ ἐκείνοις οὐκ εἰρημένα αὐτοῖς θεολογεῖ 9) ἀναπληρώσας καὶ τὰ ἑλλειπῶς αὐτοῖς εἰρημένα ἐν τοῖς κεφαλαιοῖς θεῖα θαυματουργήματα· ὅθεν τοιοῦτον τὸ σύνταγμα, ἵπουν εὐαγγέλιον, τῷ ἑαυτοῦ ἐπιτέθεικεν ὄνοματι. 10)

XIV. Quæ omittenda duxi superius, quum integra dare non vacat, saltem ex particula jure postliminii reduco, Acta S. Timothei, ex Vaticano cod. 866, f. 376, sæculi fere XI, optimo, copioso, membraneo, in quo nulla Acta metaphoraste fastidio sunt. Hæc vero quanti sint ad rem nostram, ultro proficitur cl. editor recens, quum statuit Irenæum huc non adduci ex Eusebio, neque ex opere *Contra hæreses*, additque: « Alium igitur Irenæi non locum, sed librum hic scriptor indicat, ubi de rebus ab apostolo ante Domitiani imperium gestis dictum erat: eum opinor quem Eusebius H. E. v, 26 memorat, et Hieronymus *De Viris ill.* 35: « ad Marcianum fratrem *De apostolica prædicatione*. » cf. Herm. Usener, *Natalitia regis Aug. Guillelmi etc. Insunt acta S. Timothei* (ex cod. Paris. 1219) Bonnæ, p. 18.

1) κατὰ om. Vat. τὸ μαρτύριον om. Par. f. mel. κατὰ τὸ τῶν κορυφ. At vetus versio: « Nerone enim principes apostolorum.... martyrio male tractante ». — 2) μαθητῶν Par. — 3) ταύτῃ τῇ πόλει

ANN. II. 14.*

Etenim postquam Nero adversus coryphæos apostolorum, Petrum et Paulum, ad martyrium usque sæviisset, ac simul cum illis gloriosi discipuli vitam variis modis absolvissent, contigit magnum illum theologum Joannem adesse in hac splendida metropoli, ab æstu maris e naufragio ejectum, ut licet eis qui volunt, edoceri ex his quæ Irenæus, Lugdunensium episcopus, de hoc apostolo scripsit: quando etiam et hi qui subsecuti fuerant discipulos Domini nostri Jesu Christi, quum ex ordine componere ambigerent chartas apud se passim constitutas, quæ diversis linguis scripta referebant facta a Domino nostro Jesu Christo prodigia, convenientes in Ephesum, easdem unanimi sententia Joanni celeberrimo theologo detulerunt: qui omnia considerans, et ab eisdem excitatus, dicta quidem ab ipsis et juxta ordinem Matthæi et Marci et Lucæ, in tribus evangeliis statuenda ascripsit, eorumdem nomina singulis imponens evangeliis; inveniens autem ab ipsis recenseri rite ea quæ ad œconomiam humanitatis assumptæ pertinebant, ea vero quæ ex divino pectore hauserat, non fuisse relata ab iisdem, ipse uti theologus, in cumulum adjecit mirabilia quæ minus ab eis dicta sunt; unde hujusmodi operi composito, id est evangelio, nomen sui ipsius imposuit.

id. Ut vetus interpres, plane noster codex, qui toties jactat de Ephesina sede splendida nomina, ut recensionem topicam redolet. — 4) Καὶ γὰρ καὶ Paris. « Quibus particulis, inquit Usener, scriptor non obscure significat, eis quæ Irenæus de Joanne referat, nova jam se atque aliunde petita addere de evangeliorum origine. » Sed particulas fere expunxit Vaticanus, ac potius continuam seriem esse significat, ὅτι καὶ, *quando etiam*, ut vet. interpres. Neque alia causa videtur, præter gravem Irenæi auctoritatem, cur descriptioni brevissimæ, ac fere alieno in loco, inserta fuerit astis longa de Joanne et evangeliis historia. Ut vero non esse illic ipsa Irenæi verba concedam, sic nolim contendere, in hisce notarum angustiis, usque ad finem referri opus genuinum Irenæi. — 5) corr. Ua. ex lat. συγγεγραμμένους. — 6) ὁρμηθεὶς Vat. an bene? — 7) ἐνθεῖς Par. — 8) ἐπιθεῖς iter. id. — 9) θεολογεῖ cum Par. θεολογία ἀνεπλήρωσας sic Vat. — 10) τῷ τοιοῦτῳ σύνταγματι, εἰτ' οὖν εὐαγγελίῳ τὸ ἑαυτοῦ ἐπιτέθεικεν ὄνομα Par.